O

JUVENALIS

AD SATIRAM SEXTAM

IN CODICE BODL. CANON. XLI ADDITI

VERSUS XXXVI

EXSCRIPSIT

Eric Otto

E. O. WINSTEDT

ACCEDIT SIMULACRUM PHOTOGRAPHICUM

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

MDCCCXCIX

H umus. et e plateis sed collatur accersito.
reputant — N on umquam tempestiva quanti sua gaudia constent
I n quacumque domo vivit luditque professus
O bscenum. et tremula promittit omnia dextra.
I nvenies omnes turpes similesque cinaedis.
H i violare cibos sacraeque adsistere mensae
P ermittunt. et vasa iubent frangenda lavari.
C um colocyntha bibit vel cum barbata chelidon.
P urior ergo tuis laribus meliorque lanista.
I n cuius numero longe migrare iubetur
P sillus ab euhoplio. quid quod nec retia turpi
I unguntur tunicae. nec cella ponit eadem
M unimenta humeri pulsatoremque tridentem.
Q ui nudus pugnare solet pars ultima ludi
A ccipit has animas. aliosque in carcere nervos.
S ed tibi communem calicem facit uxor. et illis
C um quibus Albanum Surrentinumque recuset
F lava ruinosi lupa degustare sepulchri.
H os consiliis nubunt. subitasque ... dant.
H is languentem animum serio ac severa docent.
H is clunem atque latus discunt vibrare magistris.
Q uicquid praeterea scit qui docet. haud tamen illi
S emper habenda fides. oculos fuligine pascit..
D istinctus croceis et reticulatus adulter
S uspectus tibi sit. quanto vox mollior. et quo
S aepius in teneris haerebit dextera lumbis
H ic erit in lecto fortissimus. exuit illic
P ersonam. docili. thais saltatur apollo.
Q uem rides aliis hunc mimum sponsio fiat
P urum te contendo virum contendo fateris
A n vocat ancillas tortoris pergula. novi
C onsilia. et veteres quaecumque monetis amici
P one seram cohibes. sed quis custodiet ipsos
C ustodes. qui nunc lasciviae furta puellae
H ac mercede silent. crimen commune tacetur.

Nummus. et e pleno semper tollatur aceruo. 364
ŕeputant *Non umquam ŕepetunt quanti sua gaudia constent* 365
In quacumque domo uiuit luditque professus
Obscenum. et tremula promittit omnia dextra,
Inuenies omnis turpes similesque cinedis.
His uiolare cibos sacraeque adsistere mensae
Permittunt. et uasa iubent frangenda lauari.
Cum colocintha bibit uel cum barbata chelidon.
Purior ergo tuis laribus meliorque lanista,
In cuius numero longe migrare iubetur
Psillus ab eupholio. quid quod nec retia turpi
Iunguntur tunicae. nec cella ponit eadem
Munimenta humeri pulsatamque arma tridentem.
Qui nudus pugnare solet pars ultima ludi
Accipit as animas, aliosque in carcere neruos.
Sed tibi communem calicem facit uxor. et illis
Ccum quibus albanum surrentinumque recusat
Flaua ruinosi lupa degustare sepulcri.
Horum consiliis nubunt. subitaeque recedunt.
His languentem animum seruant et seria uitae.
His clunem atque latus discunt uibrare magistris.
Quicquid preterea scit qui docet haud tamen illi
Semper habenda fides. oculos fuligine pascit.
Distinctus croceis et reticulatus adulter
Suspectus tibi sit. quanto uox mollior. et quo
Sepius in teneris herebit dextera lumbis
Hic erit in tecto fortissimus. exuit illic
Personam. docilis thais saltata tripallo.
Quem rides aliis hunc mimum sponsio fiat.
Purum te contendo uirum contendo fateris
An uocat ancillas tortoris pe[r]gula. noui
Consilia. et ueteres quaecumque monetis amici
Pone seram cohibes. sed quis custodiat ipsos
Custodes. qui nunc lasciuae furta puellae
Hac mercede silent. crimen comune tacetur.

Prospicit hoc prudens. et ab illis incipit uxor.
Sunt quas eunuchi inbelles ac mollia semper 366
Oscula delectent, et desperatio barbae
Et quod abortiuo non est opus illa uoluptas.
Summa tamen quod iam calida matura iuuenta
Inguina traduntur medicis. iam pectine nigro.
Ergo expectatos ac iussos crescere primum
Testiculos. postquam coeperunt esse bilibres.
Tonsoris tantum damno rapit heliodorus. 373
Magonum pueros uera ac miserabilis urit
Debilitas. follesque pudet cicerisque relicti
Conspicuus longe cunctisque notabilis intrat 374
Balnea. nec dubie custodem uitis et orti
Prouocat. a domina factus spado dormiat ille
Cum domina. Sed tu iam durum postume iamque
Tondendum eunucho bromium committere noli.
Si gaudet cantu. nullius fibula durat
uocem uendentis praetoribus. organa semper
In manibus. densi radiant testudine tota
Sardonices crispo numerantur pectine cordae.
Quo tener ydimeles operas dedit. hunc tenet hoc se
Solatur. gratoque indulget basia plectro.
Quaedam de numero lamiarum nominis alti
Cum farre, et uino ianum uestamque rogabat.
An capitolinam deberet pollio quercum
Sperare. et fidibus promittere. quid faceret plus
Aegrotante uiro. medicis quid tristibus erga
Filiolum. stetit ante aram. nec turpe putabit
Pro cithara uelare caput. dictataque uerba
Pertulit ut mos est. et aperta palluit agna.
Dic michi nunc queso. dic antiquissime divum
Respondes his iane pater. Magna otia caeli.
Non est ut uideo. non est. quid agatur apud uos.
Haec de comedis te consulit. illa tragoedum
Commendare uolet. uaricosus fiet aruspex. 397

Respicit hoc prudens. et ab illis incipit uxor.
Sunt quas eunuchi inbelles ac mollia semper
oscula delectent. et desperatio barbe
et quod abortivo non est opus. illa voluptas
summa tamen quod iam calida matura iuventa
inguina traduntur medicis. iam pectine nigro.
Ergo expectatos ac iussos crescere primum
testiculos. postquam ceperunt esse bilibres.
Tonsoris tamen damno rapit heliodorus.
Mangonum pueros vera ac miserabilis urit
debilitas. follisque pudet cicerisque relicti
Conspicuus longe cunctisque notabilis intrat
balnea. nec dubie custodem vitis et horti
provocat. a domina factus spado. dormiat ille
cum domina. Sed tu iam durum postume iamque
tondendum eunucho bromium committere noli.
Si gaudet cantu. nullius fibula durat
vocem vendentis pretoribus. organa semper
in manibus. densi radiant testudine tota
sardonyches crispo numerantur pectine corde.
quo tener ydimeles operas dedit. hunc tenet hoc se
solatur. gratoque indulget basia plectro.
Quedam de numero lamiarum nominis alti
cum farre. et vino ianum vestamque rogabat.
an capitolinam deberet pollio quercum
sperare. et fidibus promittere. quid faceret plus
egrotante viro. medicis quid tristibus erga
filiolum. stetit ante aram. nec turpe putavit
pro cithara velare caput. dictataque verba
pertulit ut mos est. et aperta palluit agna.
Dic michi nunc queso. dic antiquissime divum
respondes his iane pater. magna otia celi.
non est quod video. non est quod agatur apud vos.
Hec de comedis te consulit. illa tragedum
commendare volet. varicosus fiet aruspex.

LONDINI ET NOVI EBORACI

APUD HENRICUM FROWDE